



PARTIS

II.

TRACTATVS

II.

miseri cordia dñi dei nostri autētat a nobis: sed sine vllō nocendī aīo facile de hoīe humana vitia suspicari. Hoc em̄ me de illis æquū est credere: si vasa sunt christi: non in contumeliā: sed in honorem facta: & disposita in domo magna a deo ad omne opus bonum. Qd̄ si post hāc attestatiōnem meam: si in noticiā eorū venerit: facere voluerint: q̄ non recte faciunt: & tu vides qd̄ sane scripseram: & nullū me librū aduersus te Romā misisse: ideo scripserā: q̄ & libri nomē ab ipsa eplā discernēbam. Vnde omnino nescio quid aliud te audisse existimauerā: & Romā nec ipsam eplā: sed tibi miserā: & aduersus te non esse arbitrābar: qd̄ sinceritate amicitia: siue ad admonendū: siue ad te vel me abs te corrigendū: fecisse me nouerā: exceptis autē familiaribus tuis: te ipsum obsecro p̄ gratiā: qua redempti sumus: vt quæcūq; tua bona quæ dñi pietate tibi concessa sunt: in lris meis posui: Non me existimes insidioso blandiloquo posuisse. Si qd̄ aut in te peccauit: dimittas mihi. Nec illud qd̄ de te nescio cuius poeta factū: ineptius fortasse: q̄ litterae a me cōmemoratiū est: amplius q̄ dixi: ad te trahas: cū continuo subiecerim: non hoc ideo me dixisse: vt oculos cordis reciperes: quos absit vnq; vt amiseris: sed vt aduerteres quos sanos & vigilēs haberes. Prop̄ solā ergo rōlōpōlōpō si scripserimus aliqd̄: qd̄ scripto posteriore destruerē debeamus imitandā: non ppter Stefichori cæcitatē: quā cordi tuo nec tribui: nec timui: attinendū illud existimauit: atq; idēti dē rogo: vt me fidenter corrigas: vbi mihi hoc opus esse p̄p̄xeris. Q̄ em̄ scdm̄ honorū vocabula: quæ iam ecclesiæ vsus obtinuit: episcopatus presbyterio maior sit: tñ i multis rebus Augustinus Hieronymo minor est. Licet etiā a minore quolibet non sit refugienda vel dedignanda correptio. De interpretatiōne tua iam mihi psuasisti: q̄ utilitate scripturas volueris transferre de hebræis: vt scilicet ea quæ a iudæis prætermissa vel corrupta sunt: p̄ferres in mediū: sed insinuare digneris: a quibus iudæis: vtrū ab eis ipsi qui ante aduentū dñi interpretati sunt: Et si ita est: quibus vel qnā eorū: An ab istis posterius: q̄ p̄pterea putari possunt aliq; de codicibus græcis vel subtraxisse: vel in eis corrupisse: ne illis testimonijs de christiana fide vincerent. Illi autē anteriores cur hoc facere voluerint nō iuenio. Deinde nobis mitas obsecro interpretatiōnē tuā de septuaginta: quā te ædidisse nesciebā: librū q̄q; tuū cuius mentionem fecisti: de optimo genere interpretandi cupio legere: & adhuc nosse quōd coræquanda sit eandem fidem aliter atq; aliter eundē locum potest exponere: quia hoc eius obscuritas patitur. Ideo autē desidero interpretatiōnē tuam de septuaginta: vt tanta latinoꝝ interpretū: qui qualescūq; hoc ausi sunt: quantū possumus imperitiā careamus: & hi q̄ me inuidere putant vtilibus laboribus tuis: tandē aliqñ si fieri potest intelligant: p̄pterea me nolle tuam ex hebræo interpretatiōnem in ecclesijs legi: ne contra septuaginta auctoritatē tanq; nouū aliquid proferētes: magnō scandalo turbemus plebes christi: quæ aures & corda illam interpretatiōnē audire cōsueverunt: quæ etiā ab apostolis approbata est. Vnde illud apud Ionā: Virgultū: si in hebræo nec hædera est: nec cucurbita: sed nescio qd̄ aliud: quod trūco suo nixū nullis sustentandum adminiculis erigat: malle iam in omnibus latinis cucurbitā legi. Non em̄ frustra hoc puto Septuaginta posuisse: nisi quia huic simile sciebāt. Satis me immo fortasse plus q̄ satis tribus eplīs tuis respōdisse arbitror: quæ duas p̄ Cyprianū accepit: vnā p̄ Firmū. Rescribe quod visum fuerit ad nos vel alios instruendos. Dabo autē operam diligentiorē: quantū me adiuvat dñs: vt lra quas ad te scribo: prius ad te pueniāt: q̄ ad quēq; a quo latius dispergant. Fateor em̄ nec mihi hoc fieri vel de te ad me: quod de meis ad te factū iustissime exposulas. Tamē placeat nobis inuicē non tantū charitas: verū etiam libertas amicitia: ne apud me taceas: vel ego apud te: qd̄ in nostris literis vicissim nos mouet: eo scilicet aīo qui oculis dei in fraterna dilectione non displicet. Quod si inter nos fieri posse sine ipsius dilectionis pernitiōsa offensione nō putas: nō fiat. Illa enī charitas quā tecū habere vellē p̄fiteor: maior est: sed melior hæc minor q̄ nulla est.

Sancti Augustini episcopi ad beatum Hieronymū presbyterum expositionem petētis de eo quod scribit in canonica Iacobi: Si quis totam legem seruauerit: offendat autē in vno: factus est omnium reus: vbi plurima tractat de connexionione virtutū ac vitiorū scdm̄ philosophorū catholicorūq; sententias.

EPI.

XXXVIII.

Quod ad te scripsi honorāde mihi in xp̄o frater Hieronyme: quærēs de aīa hūana: si nascētibz singulis nouæ singulæ nūc vsq; sūt: vbi peccati vinculū cōrahūt: qd̄ p̄ sacra mētū græ xp̄i etiā in infantibus recēter natis soluendū esse nō dubitamus: cū in nō p̄uum volumen pcederet: nolui vlla alia onerare quæstione: sed qd̄ vrget acrius: multo minus est